

A habuerat, concessa sunt. Completisq; coronationis solennijs, et tribus in processio-
nem est itum: omnesq; in equis per ordinem progressi sunt, qui huiusmodi est habitus.
Primi omnium laici, & vulgaris turba famulantium. Secundo nobilium distincte fami-
lie. Tertio nobiles & milites. Quarto loco barones, comites, & marchiones. Quinto,
dux ipse consilio suorum comitatus, aureis uestibus in terram demissis. Inter hos, ut po-
tuit, expompare nitus est quilibet. Hic qui ostro & auro tecti, hic saga militum gemmis
& argento onusta: hic tuba, tibidinesq; & minorum cohortes praludes: uarie uestes, ua-
ria ornamenta, ut nulli fac uisibile sit uiliū. Post hos urbanus clerus in pedes reliquias san-
ctorum uestitans, et puerorum cantantium candidus ordo. His succedebat umbraculū
rubei croceiq; coloris, & apud illud scutiferi, quos honoris uocant locati erant, rubeos ge-
stantes pileos, iuxta hos fuissent prefecti navales, si qui adfuissent, sed loco illorum here-
mita Ripallie, quos milites sancti Maurij uocant, suscepti sunt uiri graues, & xuo prae-
maturi, qui Felicis & seculi & religionis fuerant comites, & qualis habitus illius
antea fuisset, in suis habitibus prae monstrabant, plurimūq; reuerentiae uidebantur mere-
ri. Illinc Prioribus quibusdam pluuiata sinemitra gerentibus locus fuit. Mox successere
seriniani, & aduocati pluuiata ex transuerso gestitantes, habitum cantui quem habue-
rant ualde conformem. Idē gestamen debitum erat his, qui sequebantur iudicibus, quod
Bminime obseruatum est incuria promotorū: habuerūt autem cappas & pileos, tanquā
pralari. Hos sequuti sunt abbates, & inde episcopi ornati pluuiatibus, insulariq; equis
insidentes salerati. Hoc in ordine praeteriimus duodecim equos qui ante umbraculum
candore niuali, quales Rhodus ad Troiam duxit, rubeo tamen tegmine uestiri collote-
nis, procedebant. Secundum episcopos, saluatoris nostri domini Iesu inter magna lu-
minata corpus deferebatur. Cuius conducendi cura Ioanni episcopo Argensi Theolo-
go non minus utilis, quam laudate doctrinae, tanquam sacriste commissa erat. Sequenti
in ordine duo Cardinales, duoq; episcopi, Dertusen. Vicensi q;, qui diaconorum Car-
dinalium tenebant locū. Ultimo in loco ipse, aureo tectus papilionem tri-
plicem gestans coronam, populoq; benedicens, unus omnium oculis desideratus, incessu
maturo procedebat, Marchione de Roetelē & Conrado de Vunspurg equum eius du-
stantibus. Post eum thesaurarius, clericiq; cameræ, & qui pecunias in populo iaciebat,
ornatu decenti ueniebant. Simul quoq; principum, qui aderant Oratores, magnaq; &
confusa populi multitudo: Sicq; per plurimos ciuitatis recessus est itum, donec Iudaei il-
lum expectantes noua & fallaci spe ducti, legem Mosaicam obtulerunt, quā ipse laudās,
ritum damnauit eorum. *Ind. runt, si legem.*
Eodem uero in die in ecclesia Praedicatorum uentum est, ubi fra-
tres cum Priore obuiam procedentes, ~~quibus~~ ante altare stantes, clauis coenobij
sibi dederūt. Moxq; finito letitiae canticō, hora iam post meridiem tertia magis ad quie-
tem, quā ad prandium, quamuis adhuc ieiunius foret, dimissus est Felix. Altera die illuc ad-
missam omnes conuenere, qua finita, consummatisq; nonnullis, quae restauerant cere-
monijs, prelatis omnibus qui interfuere, duo argentei nummi, & unus aureus traditus
est: atq; exinde tota multitudo ad conuiuiū cōuocata, ubi nec lex Orchia, nec Faunia,
nec Licinia locum habuerit, nullaq; alia sumptuaria, quibus uel premium uel honorum uel
obsequiorum copia praescribitur. Coenatum est, ut libuit, laute sumptuoseq; pransi-
tum quoq;. dubium est enim, prandium an coena fuerit: horis circiter quatuor, homines
plus mille coenati feruntur. *Cena ponds ficia.*
Pincernae ~~quibus~~ pulcherrima proles, duo filij fue-
runt, Architrictianus Marchio Salutarum. Ad horam tertiam post meridiem cessatum
est. In hora uero quinta, eodem ordine quo itum erat, reditū est: ductusq; ~~ad~~ ad Vir-
ginis templum, quod est Basileae praecipuum, in palatium per posticū ad quietem rediit.
Haec de coronatione ~~quibus~~ Felicis ~~quibus~~ uolui ut scires: Tu nunc
ista quibus uis communica, daq; operam, ut patrem hunc quem tanti facio, quam pri-
mum repetas, feliciaq; de uestro conuentu nobis reportes. Vale, ex Basilea.

Idibus Augusti. Anno domini, millesimo, quadrin-
gentesimo quadragesimo.

Ordo Pompae
piscine, qui
processionem
uocant.

M. Joanes
Reg.

Ind.
runt,
si legem.

Cena ponds
ficia.

Episcopus
residua

1025

PRÆFATIO AENEAE Sylvij tituli sanctæ Sabinæ, sanctæ Rom. ecclesiæ Cardina-

lis Senensis in historiam Bohemorum, ad illustrissimum
principem, & dominum Alphorsum re-
gem Arragonum.



Naturæ esse quæque nascuntur, atque h- mines in primis, quos
ea de causa mortales appellant, omnes norunt, plurimi damnant:
Nam cur hominem natura finxit, cui negata immortalitate spa-
cium brevissimum vitæ indidit, cornibus & ceruis, quorum ni-
hil intererat, longissimum largita est æuam? Sed cui de natur- o-
peribus permillum, quam nihil esse aliud, quam Deum uel Dei
secretum dixerim. Ego illud mihi persuadeo, nisi mors introisset in orbem terra-
rum ex duobus alterum fuisse necessarium, aut terræ scilicet, quam incoleremus,
amplitudinem sine fine patuissè, aut humanam generationem interdictam. Nam
quæ mundi ambitus homines capiat, in horas absque mortis periculo nascentes:
Toc præterea calamitates hominem circumstant, ut mori satis sit, quam vitam
producere miseram. Opabant fortasse utcumque, quis vitæ alterius adem-
pta spes. Senes, & huiusmodi homines, mortem sibi aliquando insciuerunt. At
homini Christiano, qui Deum fabricasse mundum constat: credit, nec dubitat il-
lum gubernare quæ condidit, iniquitatem quoque omnem ab eo alienam putat, sacri
ueteres nouaque sermones fidem faciunt: qui animas ex corporibus excedentes, in
alia loca meare tradunt: in quas præmia pro beneficiis, supplicia pro malefactis expedi-
dant, quamuis in hac mortali vitæ, & uiros bonos in aduersis rebus oppressos, & ini-
quos homines sapienterò blandis fortunæ afflatus in sublime raptos certamus. Li-
cet in omni gente, quæ sub cælo est hoc uidere, Bohemia tamen testimonio satis fide-
re. In qua nostræ ætate reiecta Romæ ecclesiæ obedientia, conculeata pau- entum religio-
ne, sacri docibus Christi occisis, sancti sanctorum dirutis, sine fide, sine bonis moribus in
latrocinijs, in adul- , in omni sparsa ui- entes, aduersus potentissimos reges, in-
numerabiles populos, perissimos duces, struissimos exercitus inuicti persiste-
runt, ex quibus plerique ad hoc æui peruenere delitijs affluentes, plerique cum diu
ex arbitrio uixissent, non morbo, non gladio ex hac luce, sed naturæ necessitate senio
confecti abierunt, ut si nihil aliud quam præsentis vitæ cursum animo uoluas, beatos
iudices: qui tot uictoris potiti, apud suos ciues charissimi, inter opes quam pluri-
mas inoffensi morbis, quantum homini licet, æuam produxere. Contra uero infeli-
ces dicat, ac superis odiosos fuisse, qui pro lege patrum custodienda, pro ueritate, pro
iusticia, pro honestate, aut in exilio pauperes obiit, aut in medio vitæ cursu rapti, ante
oratorum miserabili cruciatu necati sunt. Sed uerissima est Christiane religionis
asserio: quæ post uitam huius sæculi patere alteram asserit, his qui religiose uixe-
runt iucundam & beatam, reliquis molestant & infelicem. Cui sententiæ & Iudei
& Saraceni & gentiles, & ipsi quoque Philosophi consentiunt, quos ueri consci-
os & humane vitæ magistros putant. Nemo homo est, cui non insit aliquid boni,
& De is in terra & hac transitoria uitæ remunerat. Neque enim mole malorum ob-
stante cælestem conferre lucem potest. Vita apud inferos plectuntur. Viris bonis,
quis terræ elata est, cæelum patet. Peregrina in terris uirtus, in cælo ciuis. Zisch
igitur, Ciccho, Prasco, quos felices Bohemi credidere, tot præliorum uictores, t-